



Universitätsbibliothek Paderborn

Ephemeris Ecclesiastica Concionatorvm Hoc Est Considerationes Methodicæ Sev Veritates Practicæ

Ex Vita Domini Jesu, Sanctorumque Gestis In Singulos anni dies mira
facilitate & solertia distributæ ... ; Cum indicibus necessariis

Pars Avtvmnalis - A Dominica Decimaquinta post Pentecosten, ad
Adventum

Haineuve, Julien

Coloniæ Agrippinæ, 1665

Incipiebat enim mori. Ex Patre vulnus est, quo mori filius incipit.

urn:nbn:de:hbz:466:1-44846

Ne verò Patrem ullum latere possit quo constringatur præcepto circa lalutarem filiorum institutionem, licet nullum exprimatur in divisione præceptis, hæc opportunè præcedenti connectenda est Veritas:

Divina licet præcepta certis parentes erga filios non ligent verbis, non minus tamen parentes obligantur.

RATIO E S T. Quia qui lego natura obligantur ad aliquid, non minus obligantur quam si divina præcepta certis & expressis eos ligarent verbis.
Sed parentes erga filios lego natura obligantur. Ergo non minus, imo & quadammodo magis obligantur.

T 2. q. 100. 4. 5. **T**otus discursus ex D. Thoma sumitur, qui ubi agit de præceptis Decalogi, rationem reddit cur non æque ponatur præceptum parentibus de diligendis & educandis filiis, sicut datur filii de honorandis parentibus. **Q**uis videlicet filii sunt aliquid patris, ut expreſſe docet Aristoteles in Ethicis; unde sicut non ponitur expreſſum de amore nostri præceptum, sic neque debet ponи parentibus pro amore filiorum, quia hoc ipso quo se pater diligit, diligit filios qui sunt ipsius aliquid. **V**nde eudem rationibus, inquit Ianetus Doctor, non ponuntur aliqua præcepta Decalogi pertinentia ad amorem filiorum, sicut neque es-

iam aliqua inordinantia hominem ad seipsum. Quænam fuit autem rationes cur non ponatur præceptum in decalogo de amore nostri? Hæc nempe inter alias, **Q**ui a præceptum hoc satievidens est ex lego natura, lege aeterna, lege divina, cuius signatum est super nos lumen quod dicitur Ps. 4. **v**ulnus Dei, quasi Deus ipse cerneret quid hoc præcepit quod lego naturæ præcipitur, seu quod naturali videatur lumine non corrupto nec depravato. **U**nde idcirco appellatur, **I**ncorr. 34. 11. **p**rum legi lumen.

Sicut itaque diceretur unicuique de amore rationabili sui iphius, quod quando minus expressis in lege positiva verbis producitur hoc præceptum, tanto expressius obligat, qua lex positiva supponit esse præceptum naturæ tam evidens, tam per se notum, & ex se obligans, ut non modo necessè non fuerit illud exprimere, sed idcirco potius expressum non fuerit ut inde magis liqueat, quam id latius superque provisum esset à lege naturali; tanto expressius per illam legem singulos obligari ad rationabilem sui ipsorum amorem, quanto minus illum expressis lex alia verbis præcipiteret. Sic plane de præcepto diligendi filios, quod est ipsum naturæ præceptum de se diligendo.

Quia cum sit fatis perpicua, quid contraria peccetur à parentibus paulo latius esset prodendum; videturque commode, si Deus annuat, ex his Evangelii verbis posse depromi-

Incipiebat enim mori.

FORMATA INDE HAC PRACTICA VERITATE:

Ex Patre, vulnus est, quo mori filius incipit.

SENSUS ET RATIO E S T. Quod vulnus seu causa propter quam ut plurimum lieviores incipiunt mori gratia, rebusque spiritualibus ac divinis, est mundanus affectus frue mundi concupiscentia. Sed mundanus hic affectus ut plurimis à Patre est, seu à parentibus propriis. Ergo inde vulnus est, quo mori filius incipit, & quod propterea diligenter ab omnibus præversus debet.

I. PUNCTUM.

SICUT est vita gratia, vita spiritus, vita spiritualis & Divina de qua dicitur Dominus, **Ego veni ut vitam habeant & abund-**

dantius habeant; Ita mors est illi vita opposita, mors gratia, mors spiritus, sive mors spirituialis de qua universaliter dicitur: **P**rudensia carnis Rom. 1. mors est, & quæ in deliciis est, vivens mortuus est. 1. Tim. 1. Ante quam verò quis mortem illam moriat, solent ut plurimum præcedere in animo quædam dispositiones, velut febres in corpore quibus paulatim languescens animus deficit & incipit mori suo modo, sicut filius hic Reguli de quo est hodierna narratio. **T**um verò sic dicuntur peccata venialia dispositiones ad mortale; sic naturalis libido non repressa disponit ad depravatam consuetudinem; & consuetudo ad obstinatam pervicaciam; sic illi denique de quibus hic potissimum agitur, mundani affectus dilpo-

disponunt animum juvenilem ad hanc prudenteriam carnis quæ mors est qua mundus penetatus interit, & de qua ipse Dominus, *Dimsit mortuos sepelire mortuos suos.*

Ad maiorem autem intelligentiam possimus hic tripliciter mundanos istos effectus distinguere: primum ut sunt puræ naturales, ipsaque est concupiscentia carnis, concupiscentia oculi, sum & superbia vitae, quæ cum innata sit unicuique nostrum, tam naturalis est in suo primo motu qui rationem omnem anteyerit, quæ motus illi omnes qui dicuntur primò primi. De hac sic loquitur Apostolus: *Vides aliam legem in membris meis repugnarem legi mentis mea. Et appetivam me in lege peccati, suis videlicet mōibus & affectibus nisi per Christi gratiam illis resistetur, nam quando illis resistitur, Nihil, inquit, damnationis est illis qui sunt in Christo Iesu, quin non secundum carnem ambulant.*

Secundò considerati possunt isti effectus, ut suat omnino voluntarii, & in materia satis gravi, ac modo seu sine sicut inordinatis ut mortale peccatum constituant, de quo sic sanctus Jacobus Apostolus *Vnusquisque tentatur à concupiscentia sua abstractus & illius. Deinde concupiscentia cum conceperit, parit peccatum, peccatum vero cum consummatum fuerit generat mortem. Primum quidem per letabent actum, tam vero post gravius per contractos inde habitus, & comparatam illam carnis prudentiam quæ mortis genus est longè damaosius, & unde minus exurgitur.*

Tertiò dicendi sunt medij quidam effectus inter illos duos positi, qui nec omnino sunt naturales & involuntarii, nec omnino mortales aut ita inveniatur ut extremam illam generent & nutritant prudentiam carnis mortem; sed cum mente sollicitant & illiciunt ad peccandum, mens nondum quidem se totam illis permittit & absicit, at non etiam se negat illis totam; verum ex parte dissentit & contentit, vult & non vult pugnat & cedit, in duas claudicat partes. Tum quidem quæ pars est mentis superior videbatur palnam referre, tum vero post inferior in alescentia etate roboretur, vires assumit a tempore, & pedentem assurgens se ipsa redditur in dies fortior, sitque illud quod de se nondum con-

verso narrat Apostolus, *Cum essemus in carne, passiones peccatorum que per legem erant, OPERABANTVR in membris nostris US FRVCTI. FICARENT morti. Hoc est, contendebant, enitebantur, nondum quidem efficiebant, sed eò ten-*

Haynenus Parti quarta.

debant ut efficerent tanquam fructum mortis peccatum quod mortale dicitur, quod est mors animæ, mors gratia, mors Dei viventis in anima mors illa quadruplex de quin die parassece in 2. parte.

Tunc autem quando in pueris & adolescentibus sic incalescant effectus, ut quæ sunt mundi appetant, delicias, honores, & divitias, atque in illo appetitudo quando si pugnant & contendunt ut dictum est, sit quoddam vulnus in animis unde plurimum debilitantur, & paulatim incipiunt mori: semper incipiunt mundanis illis plenè affectibus cedere, plenè velle quod suggestit cupiditas, quod libido, quod ambitio; sic omne ea *ps. 1.*, *pus languidum & omne cor mœrens; à planta pedis usque ad verticem non est in eo sanitas: vulnus & livor, & plaga tumens non est circumligata, nec curata medicamine, neque forsa oleo. Sic fortè David propriea de illo dixit quem nondum mortuum sanare solebat Deus, *Tubumilia si-ent vulneratum, superbum* Id est, cum superbice inciperet, & nonnullis superbis telis cum jana vulneratus esset, ne illis plenè moreretur, seu ne insolentius superbaret, tu humiliatione tanquam salubri medicamine sanasti vulneratum, & ad meliorem mentem revocasti.*

O vel non quam à superbis sic vulnereret, vel vulneratus sic humilietur, ne in tali vulnera moriat.

II. PUNCTUM.

SED tale vulnus à Patre est: talis inquam effectus mundanus quo incipit mortificus, vel quis ad mortem vulneratur filius non aliunde frequentius provenit quam à parentibus propriis.

Non tantum quia genitores ipsi cum toti sint in his mundanis effectibus, transfundunt virus in filios quos generant: sed quia dum inter illos adolescent domi filii, venenum hauiunt ex ipsis dictis, exemplis, & factis. Quis enim nesciret quantam exempla vini habeant ad extirmandam sui similitudinem, exempla præcium domesticæ, præcipue vero parentum in filios, si vel maximè filii sint adhuc teneri, molles & certi, ac denique si tantum eo trahunt exempla quæ ipsa naturalis propendet inodoles: mirum profectò esset si tum filii non id saperent quod parentes; si tum filii non essent superbis & mundanis cum superbis & mundanis parentibus. *Filiq. Ier. 7.* colligunt ligna, & patres succendunt ignem, & mulieres consurgunt adipem ut faciant placentes regine cœli, hoc est lumen vel fortunæ, & libent

R. dicit

*dit alienis, & me ad iracundiam provocent.
Nunquid me ad iracundiam provocant, dicit Dominus? Nonne semetipos in confusione vultus sui?*

O quām nimis hæc apicē convenienter parentibus qui jam satis proclives in mundano filios, ipsi ultra impellunt eos, accendent, urgent & aeuunt; quā verbi dum alud domi nō resonat quam voces istæ. *Mundus, honor, divitiae: quā fatus, dum in filiis nihil parentes curant ambitiosus quā si fuerint splendidi: si exulti, si venusti, si ad mundū nos mores compositi; quā denique pravis exemplis, dum ipsi ut dictum est toti sunt patentes in illo mundo fatus, vanoque rerum splendidarum apparatu.*

Nm. 26

Filius est grande miraculum, inquit Scriptura ut Cora parentis, filij illius non perirent. Grande scilicet miraculum quod filii non fuerint similares Patri, nec cōmculpis & pœnis fuerint involuti. Non id ordinatum, non id lohitum, non id cœteris commune familiis ubi Patrem facta festantur filii.

Eccles. 41.

Sic propterea sapienter Ecclesiasticus, *Elija hominorum sunt filii peccatorum, De Patre impi queruntur filii, quoniam proprii illum sunt in opprobrio.* Nunquid propter Patrem in opprobrio fuit ille adolescentis Romanus de quo sanctus Bernardinus, Gerson parisiensis, & alii scribunt qui cum extremo supplicio damnatus esset iam jaenque tollendus ē medio, sic Patrem voce libera est assatus: *Tu me Pater suspensus, tu me tortificas: dum enim flagitiam meam vitam non emendasti, tu me in hanc contumeliam mortem impulisti.* Non ait filius se ad flagitia suisse impulsum à suo Patre, sed tantum non fuisse contumum & emendatum: quid dicit igitur Patri filius quem ipse Pater in vitium & in mortem provexit? Rara sunt quidem illa supplicia, rara sunt illa flagitia quibus in publicum & infame devenit opprobrium: Sed tamen veram esse oportet Sapientis sententiam, quæ vox ipsius est Veritatis: certus & constans id esse oportet quod ille Sapientis dixit propter Patrem fore in opprobrio filium sive sit hujus vita, sive alterius opprobrium, nonne certè constat fore opprobrium? Et nonne hoc tantum gravius timori debet probrum in altera, quanto minus in hac timetur vita?

Quod ut apertius tibipareat, recole quod aliud dixit Sapiens in Proverbis, *Noli subtrahere à puer disciplinam, si enim per cassum eum virginis non morietur, tu virga percussis eum, & animam eius de inferno liberabis.* Aut certe nisi

Pr. 23.

percutias, nisi corregas, nisi emendes; tu animam ejus ad inferos rapis, tu in illud opprobrium eam conijsis de quo Propheta Ieremias: *Confundentur vehementer, quia non intellexerunt opprobrium sempiternum quod nunquam dilectatur.* Confusio certe vehementer cum dicet patris filius, cum matrifilia. Infelix Pater, infelix patres, cui me hoc tecum devoluisti: *Hos ego patres, inquit sanctus Chrysostomus, parvicius spissi immortales & celestiores dixerim: illi enim corpus ab anima separant, isti & animam & corpus aternis ignibus tradunt.*

III. PUNCTUM,

HINC ergo patres, non tantum quod à parentibus illud sit vulnus quo incepunt mori filii qua morte diximus, nec quād solūmodo sit filius damnum istud dubius; ut verò etiam quād sit ipsi parentibus lucidus nosum, infame, paucum, & omni modo cavendum sicut Scriptura sancti que Patres admonent.

Elija tibi fuit, ut Ecclesiasticus, eruditus & curvatus a pueritia illorum filia tibi fuit; serva Eddi, corpus illarum, & non ostendas bilarem faciem tuam ad illas. Quod & postea gravius repetebat: Equus, inquit, indomitus evadit durus & filius filiorum remissus evadit trapezit. Lacta filium, pauentem te faciet. Lude cum eo, & contrahabit te. Non corideas illi ne dolens, & in notissimo obstat super dentes tui. Non des illi potest acer in inventu, & ne despicias cogitatu illius. Curva cervicem eum in juventute, & tunc latra eum dum infans es, ne forte induret, & non credat tibi, & erit tibi dolor animæ. Doce filium tuum, & operare in illo, ne in turpitudinem illius offendas.

Quibus conformiter sanctus Chrysostomus: *Heli propter filios perit: illos quippe cum acerue Homini coercere debuisset, verbis sanctorum lenib[us] moruit, in iab. Quocirca dum illis molestus esse severa increpatio recusat & illos & seipsum unā perdidit. Audite hoc Patres. Vestrosque filios in disciplina & correptione Domini eruditte summa cum diligentia. Et multa inter alia, quæ ibi fusæ protequuntur, notandum istud quod uerget vehementius: filii non recte instituti præstata pauperes esse quād divites. Nam paupertas, inquit, vel invitos coegeret atque intra virtutis limites continet: opes verò ne volentes quidem pudicè, temperanter, que vivere sinunt, verum exorbitare faciunt, atque pervertunt, malisque innumeris subjungunt, quando scilicet male instituti sunt, nam paulo ante*

ante dixerat: Si quidem illi fuerint improbi, nihil
eis pecunia proderunt, sin autem probi, nihilex
paupertate ledentur. Et alibi perpendens illud
quod de Jobo dicitur, Offerebat holocaustum pro
singulis, dicebat enim, ne forte peccaverint filii
mei: VLLANE, inquit, jam nobis erit excusatio
quando is qui ante gratiam, ante legem fuit, nullo
sciarum literarum magisterio instrutus, tantum
filiorum ostendit gessu que previdentiam, ut in
certu quoque eorum, & occultu tremeret, pavet
regu delictis.

Sic Ianctus Gregorius Verba haec Sauli expo.
d. Reg. d. Reg. d. Reg.
dens, virut Dominus, quia si per Iona tham filium
meum factum est, abique retrahatione morietur;
ANTI^d Vipatre, inquit, ut Deo placenter ad mor
tem filii etiam non parcebant: Nos autem eos quos
secundum carnem diligimus, etiam tenui aperitare
te verborum insegu non audimus. Ecce qui ad
regnum, filium nutritibat, dicit, quia si per eum
peccatum factum est, absque retrahitione morietur:
nopeccantes cervinus, & obiugare peccantes
aut nolumus, aut timemus: Cur ergo hoc facimus,
nisi quia Deus sicut ille nequam diligitus.

Apie autem sanctus Ambrosius: Nature epig
nor, Dei beneficia sunt, nec quisquam debet plus
amare beneficium quam Benefactorem.

Sanctus vero Hieronymus, ad Lazarum de in
stitutione filii plurimus est in hoc argumento,
unde hec sparsim collecta sunt. Non sunt, inquit,
consempanda quasi parva, sine quibus magna con
sistere non possunt ipsae elementorum sonus, & pri
ma in istuc praeceptorum alter de oratione, alter
de rusticis ore profertur. Vnde & tibi est providen
dum, ne in eius blanditiis sceminarum, demidiata
dicere verba filia confuscat in auro atque purpu
ra ludere: quorum alterum linguis, alterum mori
bus officiis: ne discat in tenero quod postea dedi
scendum est. Difficiliter eruditur, quod rudes ani
mi peribent. Lanarum conchylia quis in pri
stimum candore revocet? recens testa diu & sa
porem retinet, & odorem quo primum imbutum est.
Petrarch. Petarch. Alex.
Gracianus hisoria, Alexandrum, potentissi
mum regem, orbisque dominorem, & in moribus,
& in incessu, Leonidas pedagogi suu nos potuisse
carere virtus: quibus adhuc parvulus fuerat: inse
citus proclivis est emulorum emulatio: & quo
rum Virtutes assueverueras, citi imitari: & virtus.
Cave no aures eis per fore: ne ceruissa & purpu
riso consecrata Christi ora depingas: nec collum
auro & margaritis premas: nec caput germis o
nores: nec capillam irruas, & ei aliquid de gehenna
ignibus inspiceris. habeat alias margaritas, quas

bis postea venditis, emptura est pretiosissimum
margaritum. Prætextata, nobilissima quondam
femina, judicis viro Hymettio, qui patruus Eu
stochij Virginis fuit, habitum ejus cultumque ma
tarvit. & neglegitum crinem mandano more texuit
vincere cupiens & Virginis propositum, & matris
desiderium. & ecce tibi, eadem nocte cernit in som
niis venisse ad te Angelum terribili voce minitans
tem poenas. & hac verba frangentem: Tunc ausa
es viri imperium præferrere Christotum caput Virgi
nius Dei, cuius sacrilegio atrocitate manu uiu: quia jam
nunc arecent, ut ientias excrevata quid feceris:
& finito mense quanto, ad inferna duceris. Sin au
tem perseveraveris in scelere, & marito simul er
haberis, & filius. Omnia per ordinem expletaruntur:
& seram misera penitentiam velox signavit in
teritus. Sic uelut sur Christus violatores templi
sui, sic gemmas & preciosissima ornamenta defen
dit. Et hoc rectu, non quod insultare velim cala
mitatibus infelicitum, sed ut moneam, cum quan
to meru, & cautione servare debeas, quod Deo oppo
pondisti. Heli Sacerdos offendit Deum ob via lib
erorum, Episcopus fieri non potest, qui filios ha
bueris luxuriosos, non subditos. At & contrario
de muliere scribitur, quod salua fieri per filio
rum generationem, si permanescit in fide. &
Charitate, & sanctificatione cum pudicitia. Si per
fecta astas & sui iuri, imputatur parentibus: quem
io magis lactens & fragilis, qua, iuxta sententiam
Dominii, ignorat dextram & sinistram, id est, boni
& malorum differentiam: si sollicita proides, ne filia
percussatur à vipera, cur non eadem cura provi
deas, ne fieriatur a mallo universa terra: Hier. 50:
de aureo calice Babiloniane egreditur cū Dina &
velit videre filias regionis aliena: ne ludat pedi
bus ne trahat tunica: venena nō datur, nisi melle 34:
circumlitat: & uisa non decipiunt, nisi sub specie
umbra que virtutum. Et quo modo, inquit, pecca
ta parvum filius non redditur nec filiorum paren
tibus, sed anima, qua peccaverit, ipsa morietur:
Hoc de his dicitur, qui possunt sapere, de quibus in
Evangelio scriptum est, scientem haber, loquaciter pro
se, qui autem parvulus est, & sapit ut parvulus. Ioan. 9:
donec ad annos sapientia veniat, & Pythagora, Virgil, cū
littera Y cum perducat ad bivium, tam bona lit Pythag
oras quam mala parentibus imputantur. Nisi gor
foris existimus, Christianorum filios, si bap
tisma non recuperint, ipsos tantum reos esse
peccati. & non etiam scelus referri ad eos qui
dare noluerint, maximè, eo tempore, quod con
tradicere non poterant, qui accepti erant: sicut
ē regione saluis infantium, majorum lucrum est.

I. Reg. 2.
I. Tim. 3.
I. Tim. 2.

Denique quod ad rem proprius, & quod concludat omnia: *Nihil in te, inquit, & in parte suo vident, quod si feceris, peccat. Memento vos par-*

rentos virginis, magis eam exemplis doctri posse quam vocem. Cito flores pereant: cito violae & lilia, & crocum pestilens aura corrumptis.

Dixit ergo Iesus ad eum: nisi signa & prodigia videritis, non creditis.

Credebat regulus Christum Dominum, vi-
sum esse quidem eximium sanctum, cum alioquin
ad illum non accessisset sanandi sui filii causa.
Sed cum rogar eum ut proprius ad infirmum ae-
cedat, non credit illum esse Messiam, illum esse
Christum, illum esse Deum, qui possit reque-
abilens ac præsens quod velit facere, sicut pro-
xime crediderunt Samaritani sine ullo quod vi-
derint signo & prodigo; unde hic merito ar-
guitur & omnes universum qui modicæ fuerint
fidei, contra quos multa passim in singulis par-
tibus, ac præsertim in tertia, in die Transfigura-
tionis Domini, ubi hæc Veritas nunquam satis
perpensa proponitur;

**Nullus est Christianus qui non credat
Christum esse filium Dei, & vix ullus est Christianus qui hoc verè cre-
dat.**

Vide & supra in hac parte. Fer. 2. Hebdom. 15.
Quibus adjungi potest & fusius explicari hæc
Veritas?

**Major est insanía, non credere Christo
quam Christum.**

SENSUS & RATIO EST. Quod sit
illa major insanía qua à sana mente magis exorbi-
tat. Nam cùm insanía sit sanæ menti opposita,
profectò illa major est insanía qua sana menti
magis opponitur.

Sed non potius credere Christo quam Chri-
stum, magis à sanamente exorbitat. Id est, po-
sito quod eredas Christum esse Dei filium, ma-
gis opponitur sana mente quod Christo lo-
quenti non credas, quam si non crederes illum
esse Deum. Si enim Christum crederes Deum
cuitare non eredes, crederes Deum vel de-
cipi vel decipere; crederes Deum vel non sapi-
entem vel non veracem. Nam si non credis
quod dicit Christus, idcirco non eredis quia
non id putas verum: si autem non putas verum,
non aliende est quam quod ipse vel nesciat, ac

proinde non sit sapiens & decipiatur: vel quod
te decipiatur, & non sit verax. Quia omnia sic fa-
næ menti adversantur ut nil sit illi magis oppo-
situm. Potuit namque Christus non esse, potuit
Deus non esse homo qui dicitur Christus. Sed
posito quod Christus sit, non potest non esse fa-
piens, non potest non esse verax, non potest fal-
sum dicere, non potest sibi non credi. Ac pro-
inde quisquis illum credat esse Deum, & tamen
loqueretur non credat, magis à sana mente exor-
bitat quam si non illum eredat Deum. Sic eru-
ditè & Christianè Joannes Picus Mirandula Co-
mes qui authore Bellarmine vir ingenio fuit &
doctrina, pro ætate, maximus; Vixit enim an-
nos soli triginta tres, & obiit anno Domini
1494. Docet autem non modò hanc esse maio-
rem insaniam, Christo non credere, sed multos
Christianos hæc infantere insaniam, quos inter, vi-
de Lector, vel Auditor, num te anumeret.

Tenet me, inquit, Deum testor, aliquando co-
fasis quasi, & stupor quidam, cum mecum me-
tio studia hominum, aut ut dixerim significan-
tius, merita insanias, nefcio an cogitare potius
quam dolere, mirari an deplorare? Magna enim
profecit insanìa Evangelio non credere, cuius ve-
ritatem sanguis martyrum clamans. Apostolice re-
sonans voces, prodigia probant, ratio confirmat,
mundus testatur, elementa loquuntur, demones
confidentur. Sed longè maior insanía si de Evan-
gelii veritate non dubitas, vivere tamen quasi de
eius falsitate non dubitares. Nam si illa sunt ve-
ra, difficultatum esse ingredi regnum celorum &
quid cumulandis quotidianis divitiis inhiamus? Et
si illud est verum, querendam gloriam, non qua
ex hominibus, sed qua ex Deo est: eum de judi-
cicio hominum semper pendemus: Deo placere ne-
mo est qui esurit. Et si firmo in nobis est fides, fu-
surum aliquando, ut Dominus dicat, Ita maledi-
cti in ignem eternum: & rursus, Venite benedi-
cti, possidere regnum paratum vobis à constituti-
one mundi: Cur nihil minus aut istemque quam
gehennam, aut speramus quam regnum Dei?
Quid possumus aliud dicere quam multos esse no-
mos Christianos, sed re paucissimos?

Dicit